



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Cur dimidium dat pauperibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

Et si quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum.

QVÆSTIO I.

Cur dimidium dat pauperibus?

§. 1. **N**on ostentationis est oratio, sed sincera conversionis professio, in auribus enim Dei sic loquitur, dare & reddere se dicit, qui propositum habebat reddendi, & iamiamque omnia sic disponebat.

Quidam omnia illum defuisse arbitrantur, dimidium retinuisse donec redderet; si quid fraudasset, in Græco est *ἡ δὲ τὴν ἐκδοὺν*, quod est per fraudem & calumniam extorti: solebant enim publicani prætextu rei publicæ prædari. Adco ut quod spoliabant, se opponere non auderent. Ne viderentur in Rempublicam esse iniuri & hodie quoque periculosissimum est negare fisco iniuste petenti.

§. 2. Alia etiam causa est apud Iren. l. 4. c. 26. contra hæreses; nempe ut peccata eleemosynis redimeret, ut misericordia impetraret ipse misericors. Sed docebat ut peccata facerent præcepta ab initio præcepit Deus, & ut veterem cupiditatem per opera bona solverent, & sequeretur Christum. Quoniam autem ea quæ possidentur, pauperibus diuisa, solutionem faciunt præteritis cupiditatis, Zachæus facit manifestum, Ecce dicens. Dimidium bonorum meorum do pauperibus, & sic utius quid defraudavi, reddo quadruplum.

Eodem modo Cypr. de opere & eleemosynis. Sicut lauacro aquæ salutari, g. heu ignis exstinguitur, ita eleemosynis, & operibus iustus delictorum flammâ sopitur. Non quod peccatorem eleemosynæ iustificent, sed quod ante iustitiam sint dispositiones, post iustitiam infirmam eam augeant, & penas temporales minuant, aut tollant. Vide Dan. 4. S. Cypr. de opere & eleemosynis. Eos denique, & Abraham filios dicit, quos iniuuandis alendis, pauperibus operarios cernit. Nam cum Zachæus dixisset: Ecce dimidium ex substantia mea do egredi: & si cui quid fraudavi, quadruplum reddo: respondit Iesus & dixit: Quia salus hodie huic domui facta est, quoniam & hic filius est Abrahæ. Nam si Abraham credidit, & deputatum est ei ad iustitiam: utique qui secundum præceptum Dei eleemosynas facit, Deo credit; & qui habet fidei veritatem, seruat Dei timorem, qui autem Dei timorem seruat, in miserationibus pauperum Deum cogitat. Operatur enim ideo, quia credit, quia scit vera esse quæ predicta sunt verbis Dei, nec Scripturam sanctam posse mentiri: arbores infæcundos, id est steriles homines excidi, & in ignem mitti, misericordes autem ad regnum vocari. Idem lib. 3. test. ad Quirinum.

§. 3. Zachæus ergo dimidia parte datâ pauperibus, & fraudatis quadruplum, ostendit præcipuam bonorum suorum partem legitimo titulo possidere, ethenim quædam cum aliorum detrimento quæruit, non tamen nisi pauca fuere respectu aliorum: quamuis conditionate loquens, non videatur fraudis ullius sibi conscius.

§. 4. Insigne est hic exemplum (si Caluinum audimus) supererogationis. Ceterum, inquit, Zachæus, suo exemplo, necessitate alios minime obstrinxit, ut se dimidia bonorum suorum parte denudent: sed tantum tenenda est regula quam præscribit Dominus, ut nos & nostra omnia consecremus in sanctos usus ac legitimos. pag. 257. Si enim le alios non obstrinxit, & possunt tamen id facere sine dubio id faciunt, quod lege non tenentur: ideoque plus quam tenentur. Quid enim si Zachæus minus dimidio dedisset pauperibus? an ideo in legem diuinam commisisset? Quæ lex iubet dimidium egenis conferre? Zachæum autem sponte non iussu obulisse dimidiam partem testatur Aretius Caluinius, ne quis lege ad hoc obstrictum fingat.

Non formosus erat, sed erat facundus Vlysses.

Et de Aiacæ Oileo, & altero Aiacæ corpore paruos fuisse; Attamen fortissimos. Idem de Zachæo pusillo dici potest, non fuisse corpore magnum, sed ingenio callidum, versutum, raxum. Hinc illud etiam in paruo regnat corpore virtus.

Sexto, Solertia accedit. Nam cum præ turba, Christum videre non potest, ascendit arborem: satis declarat ingenium callidum, & animum impavidum. Nam turbæ frequentia ruborem incutere debebat, tanquam homini primario, & danti, ne puerorum instat arborem conscenderet.

Porro Sycomorum interpretor ficum Ægyptiam, ficum Pharaonis: arbor media inter morum & ficum: illam folio, hanc fructu imitatur: differt autem, quod & audire: non ex ramulis fructus ficorum instat prode ex duro ligno. Vide sup. c. 17. de Sycomoro.

III. Audiamus igitur etiam a quo, & quomodo sit vocatus. Et cum venisset ad eum locum, suspicatus Iesus, vidit illū, dixitque ad eum: Zachæe, descende, quia hodie domi tuæ oportet me manere.

Ex vocatione hac discimus primum, quam conatus ille Zachæi fuerit felix & fortunatus. Quæruit occasionem videndi Christum eamque; sed citius est assecutus, ut recte Christus dixerit Matt. 7. Quærite & inuenietis. Quæruit Zachæus ac reperit pretiosam margaritā.

Deinde quod respicit illum Christus in arbore docet *ὁ δὲ ἀνθρώπος* Christi, qui serio ipsum quærentes non solet negligere. Ita cœcum ad se clamantem vocavit & interrogavit, quid vis tibi faciam? supra 18. Et leprosus decem cap. 17. sic mulieri hæmorrhoidis sui dic copiam Luc. 8. Ita respexit ad sacrificium Abelis, & ad Noachum in arcâ, aliosque omnes, qui Deum serio quæruunt.

Tertio Christus non solum alloquitur illum: sed se totum illi offert, oportet me hodie domi tuæ manere, fol. 123. pag. 2. hæc ille.

§. 4. Bellarm. l. 6. c. 4. de gratia & libero arbitrio, probat non posse humanam voluntatem sine diuino auxilio quicquam agere quod ad salutem pertinet, & c. l. 4. c. 4. de auxilio generali idem probat. Venit enim incipit querendo, nos autem auerſi eramus. Ita & Augustinus tractatu 102. in Ioannem. Ideo amat ille, quia nos amamus, an potius, quia ille amat ideo nos amamus? Ex Epistola sua Evangelista idem ipse respondeat: Nos diligimus, inquit, quia prior ipse dilexit nos. Hinc ergo factum est ut diligeremus, quia dilecti sumus. Prorsus donum Dei est diligere Deum: quoniam ipse ut diligeretur dedit, qui non dilectus dilecti. Difficiliter amari sumus, ut esset in nobis unde placere: non enim amaremus filium, nisi & amaremus Patrem. Amat nos Pater, quia nos amamus filium, cum a Patre & filio acciperimus ut & Patrem amemus & filium: Diffundit enim charitatem in cordibus nostris amorum Spiritus, per quem Spiritum & Patrem amamus & filium, & quem Spiritum cum Patre amamus & filio. Amorem itaque nostrum pium, quo colimus Deum, fecit Deus, & vidit quia bonum est: ideo quippe amat ille quod fecit. Sed in nobis non faceret quod amaret, nisi antequam id faceret nos amaret.

Hoc Pareus impugnatur: Imo in his etiam Deus alios ab aliis discernit: nec habent quicquam homines, quod a Deo non acceperint, ut supra est demonstratum. Imperite omnino aut calumniose. Non enim Bellarminus negat naturalia, & moralia, Dei auxilio fieri, & a Deo habere eos, qui ista faciunt, sed egere auxilio speciali, supernaturali, quamuis interdum non opus esse doceat, ad quædam actiones faciles.

VERSVS 8.

Stans autem Zachæus dixit ad Dominum; Ecce dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus;

Zachæi opus supererogationis.

